

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Peter Lauremberg Henricus Starcke

## **Semicenturia Aphorismorum De Creaturarum visibilium nobilissima, Homine**

Rostochii: Reusnerus, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729597288>

Druck Freier  Zugang



R U phil 1638  
Peter Lüremburg  
Heinrich Starcke



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/pnn729597288/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn729597288/phys_0002)

DFG

SEMICENTURIA  
APHORISMORUM  
De

XLIX

Creaturarum visibilium nobilissimâ,

# HOMINE,

Quos

Jovâ Optimo Maximo auspice,

Consensu

FACULTATIS PHILOSOPHICÆ

Sub Præsidio

VIRI

EXCELLENTISSIMI EXPERIENTISSIMI

DN. PETRI LAUREMBEGI,

Phil. & Med. D. & Pof. Præceptoris & Fauto-  
ris sui æternum venerandi,

Publicæ Doctorum disquisitioni exponit

HENRICUS STARCKE

Neoburgô-Lunæburgicus.

In Auditorio Majori Kal. Sept.  
horis Matutinis.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS REUSNERI,

ANNO M. DO. XXXVIII.

*foliorum  
fylet*

ЕИМОНТ

2639



ДОБРЫЙ ВРЕМЯ

1926 3 467

Σύν Θεῷ

## PROOEMIUM.

**O**MNIBUS modis admirandus Mundi Opifex Deus Opt. Max. pro summa sua, quā ab æterno existit, sapientia & potentia bonitateq; ineffabili, varias quidem & multifarijas, easq; omnes & singulas bonas, & perfectissimas produxit sub initio creaturas, & in hunc usq; diem potenter conservat. Inter omnes tamen (si solas excipimus Intelligentias) non est, quæ cum Homine de præstantiæ ratione ullo pacto possit decertare. Is enim solus non tantum totius Macrocosmi hujus sensibilis & temporalis, omniumq; tam simplicium, quam mixtorum, imperfectè, perfectè, Elementorum, Meteororum, Mineralium, vegetabilium, animalium, sed & ipsius Mundi Archetypi, Essentialis, immortalis & imperscrutabilis Sapientiæ, Dei, imaginem in se gerit. Usq; adeò ut D. Nazianzenus rectè dicat: *Hominem à Deo posse reliqua factum esse ut Deus in ipso exprimeret, veluti sub brevi quodam compendio, quicquid diffuse antea fecerat, omnia videlicet membra totius Mundi: Adde, sui ipsius etiam imaginem.* Hæc cum ita sint, quis me olei aut operæ pretium deperditurum arbitrabitur, si brevissimarum, seu Thesium, seu Aphorismorum productione, ad paulò diligentiorem & accuratiorem considerationem tam excellentis & eminentis creaturæ dederō occasionem? Sit igitur (quod felix faultumq; sit!)

## APHORISMUS I.

**H**OMO omnium animalium perfectissimum & præstantissimum est.

II. Non

II. Non dico, creaturarum; sed animalium, ob causam  
ante datam.

III. Non dico: perfectum & præstantis, sed perfectissi-  
mum & præstantissimum; quia omnibus prælatum volo.

IV. Cur autem perfectissimum & præstantissimum ap-  
pellam, partim ex jam dictis patet, partim ex dicendis adhuc, &  
principiè partium explicatione, constabit.

V. Absolvitur enim homo duabus partibus essentialibus,  
Corpo Organico, & Anima rationali Quorum illud materia,.  
hoc formæ vicem sustinet. Illud Hominem cum universo  
Mundo visibili communicare, hoc cum Divina Mente & An-  
gelis symbolum habere facit.

VI. Partes pono duas, quia non admittimus hanc cum  
nonnullis viris, alias magni nominis & eruditio[n]is tertiam par-  
tem ab utraq[ue] diversam, Spiritum scilicet Syderium, Æthereum  
& Astralem & tanquam medium utriq[ue] proportionatum, cu-  
jus officium sit, animam, ceu spirituale & incorporeum quid  
corpori crasso & terreno sadunire & copulare, quemadmodum  
nodo, glutine aut confederatio[n]is vinculo extrema aliqua con-  
nectuntur.

VII. Et ut à parte nobiliore nostra se quasi primum ef-  
ferat oratio, animam rationalem primo loco tractabimus:  
Quippe quæ omnis vita in homine principium est. Ut ait Philo,  
sophus 2. de anima, cap. 2. tex. 18.

VIII. Hæc, ut dictum, Forma hominis est: Non solum  
secundum gradum vitæ vegetativum & sensivum, sed maxi-  
mè secundum gradum intellectivum, seu quatenus est rationalis  
& intellectiva: Quum ita demum hominem à brutis animan-  
tibus specificè distinguat.

IX. Atq[ue] hoc adeò verum est, ut nulla alia hominis, vel  
Anima, vel Forma detur; ipsa enim tribuit homini esse com-  
pletum, h.e. constituit rem sub certa specie ultima, adeoq[ue]; prin-  
cipium

cipium est omnium prædicatorum essentialium, quæ de homi-  
ne dicuntur.

X. Est autem anima rationalis actus primus substantialis  
corporis humani spiritualis & incorporeus.

XI. Dico actus corporis humani : idèò quia ad illud  
ipsum tanquam proprium suum perfectibile & potentiam sibi  
proportionatam , essentiali respectum, quem transcen-  
dentalem vocant, obtinet ; ut etiam unionem cum cor-  
pore naturaliter appetat ac desideret , cum ab ipso est se-  
parata .

XII. Dico substantialis : non quasi statuam partes totius  
per se esse in prædicamento, sed quia anima rationalis sub-  
stantia quidem est, quæ inter omnes formas sola per se sub-  
sistit , sed incompleta & partialis, ideoq; ad prædicamentum  
substantie, ut pars essentialis hominis, reducitur.

XIII. Dico spiritualis & incorporeus : quateus à corpo-  
re neutiquam dependet, sed in illo toto tanquam subiecto, seu  
fede adæquata omnibusq; & singulis ejus partibus indivisi-  
liter existit, ita ut una eademq; anima sit in una parte corporis,  
quæ est in altera.

XIV. Et sicut una, eademq; anima est, quæ per totum  
corpus diffunditur, sic etiam specie, non vero numero ea-  
dem est anima, quæ per genus humanum divulgatur & ex-  
tenditur . Hoc qui non vult admittere , tot individua hu-  
mana ex identitate formæ unum hominem esse statuat ne-  
cessum erit.

XV. Hic quoq; ventilanda veniret illa questio : utrum  
anima rationalis per traducem propagetur , an vero à Deo ex  
nihilo homini infundatur ? Sed quia ejus tractatio pro-  
lixioris est indaginis , nostram illam non faciemus. Licet utraq;  
sententia habeat magnos viros defensores.

**XVI.** Sequuntur potentiae vitales seu facultatis & 'vires animae humanae, quas quam dignitate reliquias hominis affectiones antecellunt merito hic subjicimus, utpote ad quas ceterae quodammodo referuntur ac destinantur.

**XVII.** Ex vero sunt qualitates secundae speciei, quibus tanquam particularibus ac determinatis agendi principiis, anima omnes vitae functiones edit.

**XVIII.** Ideoque exdem realiter, tum inter se, tum etiam ab anima differunt.

**XIX.** Distinguuntur autem essentialiter, ut habeat validatum axioma, per actus objecta: ad quae scilicet essentialiter referuntur, atque a quibus speciem seu essentiali rationem accipiunt.

**XX.** Promanantes indefinente & perpetuo fluxu: vel ab anima corpori juncta; quas organicas potentias dixeris, ideo quia organis corporeis tanquam subjectis suis homine adhuc integro insunt, nec animam post corporis interitum comitantur.

**XXI.** Has duum generum esse constat 1. est potentiarum vegetativarum, quae omnium vitae vegetativa functionum principia sunt, quippe per quas, tum species, tum individuum conservatur, 2. est potentiarum animalium, quas cum brutis animalibus communes habemus, consistentes praecipue in sensu, appetitu, & spontaneo naturae ductu & motu.

**XXII.** Vel ab anima corpori non unita; quas inorganicas merito hinc inde potentias nuncupamus, quod nullis insint organis corporeis, per quae functiones suas exerceant, sed ipsi rationali animae adeo indissolubiliter & externo nexu inherent, ut eandem post separationem a corporeis sequantur & comitentur.

**XXIII.** Quales sunt intellectus & voluntas.

**XXIV.** Intellectu seu facultate inorganica animae rationalis utitur homo ad cognoscenda & dijudicanda objecta intelligibilia, primario tamen & per se Entia realia positiva.

**xxv. Vo-**

**XXV.** Voluntate ad bonum intellectu apprehensum & monstratum liberè prosequendum, & malum, quatenus est malum, averandum.

**XXVI.** Hæc de altera hominis parte, essentiali, Anima. Sequitur altera nempè Corpus humanum.

**XXVII.** Est illud principium hominis materiale, animæ rationalis subiectum seu domicilium & organum.

**XXVIII.** Compositum, præter id, quod ex quatuor elementis miscetur, tripliciter, 1. ex tribus substantijs, spirituosa, humida & solida. 2. ex partibus homogenijs, & deniq; 3. ex partibus heterogenijs.

**XXIX.** Spirituosa seu spiritus insitus est tenuissima ignea & aereæ præcipue naturæ substantia, singulis partibus similaribus seu homogenijs inexistent, facultatum animæq; universale organum, quo omnes vitæ functiones feliciter obeuntur.

**XXX.** Humida seu humidum primigenium, alias humor radicalis, est spiritus insiti domicilium, caloris naturalis vehiculum, & partium solidarum vinculum.

**XXXI.** Solida est substantia densa ac crassa, spiritum insitum & humorum radicalem continens, quæ toti composite consistentiam ad functiones vitales obeundas maxime necessariam confert, qua robur singularum partium continentur.

**XXXII.** Partes homogeneæ, quæ dividuntur in partes sibi similes id est, ejusdem rationis & nominis cum toto & in se, vel sunt solidæ vel carnosæ.

**XXXIII.** Solidæ quæ vulgo spermaticæ ideo dicuntur, quod ex crassamento seminis primum generentur, licet deinde a sanguine incrementum capiant, sunt 1. os & cartilago. 2. ligamentum & tendo. 3. Membrana. 4. Fibræ.

**XXXIV.** Venæ, arteriæ & nervi, quæ vulgo huc referuntur, rectius partibus heterogeneis adnumerantur.

**XXXV. Cara**

**XXXV.** Carnosæ calidioris & humidioris sunt temperamenti ac solidæ, indeq; vulgo sanguineæ dictæ, quod ex materno sanguine solidis patribus affuso præcipue generentur; quæ tamen, licet multiplies alias sint, non diversitate temperie, vel accidentium varietate solùm, sed etiam per differentiam specificam trium præcipue dicuntur tamen carnis esse generum, scilicet muscularum, glandularum & viscerum.

**XXXVI.** Reliqua in corpore humano homogenia, non veræ & propriæ dictæ partes humani corporis esse possunt, quoniam vita deſtituuntur, videlicet contenta, ut humores alimentarij tum excrementitij & spiritus, item adeps, pili, unguies & cuticula.

**XXXVII.** Partes heterogeneæ quæ aliud nihil sunt, quam membra, dividunt corpus in truncum & artus.

**XXXVIII.** Ille ceu maxima corporis pars vicissim dividitur in tres ventres; ventrem scil. infimum seu abdomen, medium seu thoracem, & supremum seu caput,

**XXXIX.** E quibus ventriculum & hepar, nec non cætera alimenti præparationi ac distributioni excrementorum gerationi & ejectioni, dicata organa, venter infimus, ut partes facultatis vegetantis præcipue continet. Cor & pulmones venter medius, ut organa vitalis facultatis. Cerebrum & plerorumq; sensuum instrumenta, quæ facultati animali, imprimis sentienti inserviunt, caput comprehendit.

**XL.** Artus sunt membra, quæ ramorum instar ab arbore dependentium trunco humani corporis adnata sunt ac inhaerent, facultati animali motrici præcipue inservientia, ut manus & pedes.

**XLI.** Et cum ex Medicorum sententia tres partes principes sunt in homine, cerebrum, cor & hepar, merito hic quætitur, cuinam inter illas principatus debeat.

**XLI. Non-**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn729597288/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn729597288/phys_0011)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn729597288/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729597288/phys_0012)

DFG

**XXV.** Voluntate ad bonum intellectu monstratum liberè prosequendum, & malum, ium, aversandum.

**XXVI.** Hæc de altera hominis parte, e sequitur altera nempè Corpus humanum.

**XXVII.** Est illud principium hominis rationalis subiectum seu domicilium & organu-

**XXVIII.** Compositum, præter id, quod  
mentis miscetur, tripliciter, 1. ex tribus subst.  
humida & solida, 2. ex partibus homogenijs,  
tribus heterogenijs.

**XXIX.** Spirituosa seu spiritus insitus est  
& aereæ præcipue naturæ substantia, singuli  
ribus seu homogenijs inexistent, facultatum  
sæle organum, quo omnes vitæ functiones fel


**XXX.** Humida seu humidum primigen  
radicalis, est spiritus insiti domicilium, calori  
culum, & partium solidarum viticulum.

**XXXI.** Solida est substantia densa ac  
insitum & humorem radicalem continens,  
posito consistentiam ad functiones vitales ol  
necessariam confert, qua robur singularur  
tinetur.

**XXXII.** Partes homogeneæ, quæ divi  
sibi similes id est, ejusdem rationis & nomini  
ter se, vel sunt solidæ vel carnosæ.

**XXXIII.** Solidæ quæ vulgo spermatica  
quod ex crassamento seminis primum generet  
a sanguine incrementum capiant, sunt 1. os &  
mentum & tendo. 3. Membrana. 4. Fibrae.

**XXXIV.** Venæ, arteriæ & nervi, qua  
runtur, rectius partibus heterogeneis adnumer



the scale towards document